

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Qua ratione aristo teles sit tractandus

urn:nbn:de:bsz:31-106587

COMMENTARIA

QUA RATIONE ARISTOTELES SIT TRACTANDUS.

Aristoteles exili quodam ac tenui genere orationis usus est, & de rebus non remotis à populari sensu, oratione utitur non omnino populari. Itaque sepe interpretes propter inscitiam sermonis de uerbis rixantur, & non modo non explicant sententiam, sed magis etiam intempestiuus illis uerborum calumnijs obscurant. Sæpe, quanquam sententiam assequuti sunt, tamen quia non enarrant populari genere orationis, nec referunt hæc præcepta ad communem sensum, & ad ciuilem uitæ consuetudinem, è procul tantum ostendunt rem, nec satis explicatam tradunt, & plerisque locis uincere subtilitate Aristotelem certant, & sententias quantumuis subtiliter propositas, magis etiam limare student, & quàm id agere debebant, ne uiderentur à communibus opinionibus prudentium abhorreere hæc præcepta, isti ambitione quadam quàm longissime student discendere à captu aliorum hominum. Ita fit ne intelligendo nihil ut intelligatur, & philosophia non ad iudicandas ciuiles actiones comparata uideatur, sed uideatur ludus quidam esse ocioforum hominum in scholis altercantium. Nos uero pro uiribus dabimus operam, & ut populari genere sermonis, & uelut pingui Minerua, ea quæ sunt ab Aristotele subtilius tradita exp=

IN ETHICA ARIST.

dita explicemus, efficiamusq; , ut non longissime à
 uulgi intellectu posita uideantur. Sic autem facilius
 intelligentur hæc si sepe communem sensum consu-
 lent auditores, & cogitabunt ad quæ usum hæc præ-
 cepta inuenta sint, quomodo à natura orta, & à pru-
 dentibus animaduersa sint ad formanda iudicia ho-
 minum de moribus. Eius rei subijciam exemplum.
 Aristoteles finem hominis esse uirtutem seu uirtu-
 tis actionem, scribit. quod cum hoc modo technici
 dicunt, ab hominibus imperitis non satis intelligitur.
 Est enim grauisima sententia quæq; in omni uita la-
 tissime patet, breuiter & subtilibus uerbis tradita.
 Erit autem magis perspicua, si quis ciuilitate expli-
 cet, & ostendat eò pertinere hanc sententiam, quod
 natura humana statuatur ac iudicet nihil esse melius uir-
 tute, nec unquam ab honestate propter utilitates ul-
 las discedendum esse, nec uoluptates ullas esse con-
 tra honestatem amplectendas. Nullis periculis pro-
 positis, nullis cruciatibus ab honesto deflectendum
 esse. Recte igitur Regulus fecit, quod ad supplicium
 redire, quàm uiolare iusiurandum maluit. Præcla-
 re Papinianus, quod mortem oppetere, quàm Prin-
 cipis parricidium defendere maluit. Melius Scæuola
 fecit, etiam si in illo foco, in quo ambusta manus est,
 consumptus esset, quàm Vitellij, qui patriam tyran-
 no expulso prodiderunt, etiã si licuisset illis restituito

Natura hu-
 mana nihil
 iudicat me-
 lius uirtute

COMMENTARIA

Tyranno in patria molliter uiuere. Hæc enim natura
 re uox in intimis scripta sensibus animorum nostro
 rum semper hortatur nos, ne quas utilitates aut uo
 luptates uirtuti præferamus. Et hic totus locus quã
 late pateat, in omni uita facile est iudicare. Est autem
 copiose. in Quinto Tuscul. Quest. & in tertio Offi
 ciorum tractatus. Tot tantasq; res complexus est
 Aristoteles uno uersiculo, tanquam oraculo aliquo,
 quã inquit, Virtutem esse finem hominis. Id autem
 quomodo colligat, supra indicauimus, & paulo post
 repetemus. Si quis ad hunc modum ciuilliter explicet
 Aristotelis sententias, & iuxta prouerbium reuocet
 reuocet dicat, multo clarius intelligentur ac percipi
 entur. Nobis hic satis est exemplum aliquod eius rei
 ostendisse. Alij quibus ocium est, similes sententias
 copiosius explicent. Hinc etiam apparet sine elo
 quentia Philosophiæ lumen deesse. Fortasse profu
 erit etiam conferre tales locos ad christianam do
 ctrinam, que docet non tantum hæc ciuilia officia
 fines esse. Sed nos conditos esse ad gloriam Dei, &
 ut cognoscamus Deum, sed hæc aliã.

Sicut in alijs artibus à notissimis, & communissi
 mis incipitur, ita Aristoteles & hic à manifestis prin
 cipijs exorsus, paulatim ad obscuriora progredi
 tur, sicut Geometria à cõmunibus sententijs orditur
 omne quantum diuidi potest. Totum est maius parte
 Physicus

Virtus fi
 nis homi
 nis.

IN ET

Physicus initio d
 cipo docet Ar
 diquos esse fine
 quum bonum q
 igni sur f
 IN S

Secundo
 S necesse n
 expectat fine
 mum aliquo
 gnio in qua
 ostendit enim
 expectanda,
 ta non pote
 ius bonum
 horrendos

Ideo qu
 tio de fine b
 eius cogniti
 ne bonorum
 pertinere, s
 tam condit
 ges ferend
 Venion in
 ceterend
 wa, ita in cu

IN ETHICA ARIST.

Physicus initio docet quatuor elementa esse, ita prin-
cipio docet Aristoteles, omnium rerum & actionū
aliquos esse fines, & unicuique rei suum finem, tan-
quam bonum quoddam esse, sicut terra locum deor-
sum, igni sursum, militi uictoriā, mercatori lucrum.

IN SECVNDVM CAPVT.

Secundo capite dicit de ordine finium, quod sit
S neesse ultimum aliquem esse. Natura enim quā
expetat finem aliquem, frustra expeteret, nisi ulti-
mum aliquem finem attingere posset: & huius co-
gnitio inquit, magnam utilitatem afferet ad uitam:
ostendit enim tanquā scopus uera bona, maximeque
expetenda, quae nisi cognoscantur, recte institui ui-
ta non potest: nisi enim sensisset Regulus fidem ma-
ius bonum esse quam uoluptatem, nunquam ad tam
horrendos cruciatus rediisset.

Ideo quærit, ad quam artem pertineat inquisi-
tio de fine bonorum, ut significet ad quid conducatur
eius cognitio. Etenim quum ait, inquisitionem de fi-
ne bonorum, ad scientiam ciuitatum regendarum
pertinere, significat quod non modo ad priuatam ui-
tam conducatur, nosse finem bonorum, sed etiam ad le-
ges ferendas, ad Respub. constituendas, & regēdas.
Ut enim in priuata uita prodest scire, quod honestas
anteferenda sit omnibus utilitatibus, ac uoluptati-
bus, ita in ciuitatibus constituendis seu gubernandis

COMMENTARIA

leges, & consilia principum debent honestatem anteferre uoluptatibus, & utilitati. Recte igitur Athenienses animaduertunt in eum, qui quamuis utile consilium, tamen inhonestum dederat. Præclare Thrasibulus, qui in uictoria ciuili non indulsit iræ, sed pepercit uictis, & sanxit ἀμνησίου, quæ lucro erat uictis, & incommoda uictoribus. Huc spectat hic locus Aristotelis, cognitionem finis honorū non tantum in priuata uita, sed multo magis in administratione Reipublicæ prodesse: quia idem bonū sit singulorum & uniuersæ ciuitatis.

Apud Platonem in Gorgia est longa disputatio, quæ ars maxime utilis sit regentibus Respublicas, Rhetorica ne, an Philosophia. Ad eam disputationem alludit & hic Aristoteles, & significat πολιτικὴν complecti & Philosophiæ scientiā, & Rhetoricam, & rei militaris scientiam.

SCHOLIA III. CAPITIS.

Tertium caput continet hanc sententiam. In disputatione de moribus non esse omnium præceptorum demonstrationem requirendam. Nos uero supra monuimus præcepta de moribus nasci ex

de moribus natura, & certa demonstratione plerumque colligi, neque nascuntur id dubium est: uerū sicut in legibus tametsi & ipsæ ex natura oriuntur à natura, quedam tamen magis ex probabili rationibus, quam ex certa & necessaria demonstratione

IN ET
 demonstratione post
 beis sequitur rati
 17. quam dicimus
 tatem, alicubi fi
 omnia necessa
 felicitatem req
 in Scæuole, qui
 chum, probab
 Neq; certa rati
 tum de suo qu
 teles alicubi n
 cubi non esse q
 dicabit; ea qu
 sicut usu per
 campo, quan
 prebensus in
 ueralia præ
 huc præcept
 adhibere non us
 maiores offic
 SCH
 Vpra do
 Thomini
 citatem, uer
 ut, ac prius r
 Nam in tot et

IN ETHICA ARIST.

monstratione positæ sunt. Ita & hic in quibusdam locis sequimur rationes uerisimiles, nō necessarias. Ut quum dicimus bona fortunæ prodesse ad scelicitatem, alicubi fieri potest, ut officiant. Non igitur omnino necessaria ratio est, quur bona fortunæ ad scelicitatem requiri scribat: neq; necessaria ratio sit Sceuole, quur priuatus occiderit Tiberium Gracchum, probabilem aliquam rationem sequutus est. Neq; certa ratio est in præceptis liberalitatis, quantum de suo quisq; largiri debeat. Ideo monet Aristoteles alicubi necessarias rationes querendas esse, alicubi non esse querendas: sed homo usu peritus diuidicabit, ea quæ non habent necessariam rationem: sicut usu peritus Imperator scit quando in aperto campo, quando in angustijs pugnandum sit, quid deprehensus in angustijs facere debeat, nec semper generalia præcepta sequetur. Postulat igitur, ut qui hæc præcepta discunt, experiantur ea in uiuêdo, & adhibeant usum, sicut & Cicero ait, ut boni ratiocinatores officiorum fieri possint.

SCHOLIA CAPITIS IIII.

Supra docuit Aristoteles, esse aliquem ultimum hominis finem: nunc nominat, uocat enim scelicitatem, uerum definitionē scelicitatis nondum tradit, ac prius recitat uarias de uita beata sententias. Nam in tot erroribus hominum alijs aliud optimum

uidetur: magna enim pars hominum decipitur, nec
 peruidet quò nos ducat natura, sed affectibus pesti-
 mis, ut inquit Plato, consultoribus obtemperat, qui
 plerunq; à ratione dissentiunt, quæ nos simpliciter
 ad honestatem uocat. Præterea in hoc capite docet
 aliquando ex effectibus colligi causas: ut medici quò
 uident inflammari corpus, ratiocinatur calidas esse
 morbi causas. Et magna ex parte humana cognitio
 ex effectibus præcedentia uenatur: aliquando etiã
 ex causis colliguntur effectus, id rarius est, tametsi
 nonnunquam hac uia utimur. Monet autem hoc lo-
 co Aristoteles se plerunq; præcepta traditurũ esse,
 causas uerò præceptorum homini prudenti aut do-
 cili, ex ipsis præceptis colligendas esse, ut quum tra-
 ditur, uirtutem finem esse hominis, causa à postero
 re queritur, scilicet ex proprio, quum sic ratiocina-
 mur: Illa actio finis est hominis, quæ est eius pro-
 pria. Actiones sensuum non sunt propriæ hominis,
 sed communes homini cum pecudibus. Actio, secun-
 dum uirtutem, propria est hominis. Est igitur actio
 propria hominis secundum uirtutem finis hominis. Neq; uerò dissen-
 sissent Epicurei à ueteri Philosophia, si ratio posset
 antecedentes causas penitus uidere, quum uirtus sit
 finis hominis, non uoluptas. Nam & Epicurei col-
 latione quadam usi sunt, & ex signis posterioribus
 finem hominis quæsiuerunt. Quia enim uiderunt
 omnes

Actiones
 sensuum nõ
 sunt pro-
 priæ homi-
 nis.

IN E
 omnes homines
 finis sunt arg
 utro natura d
 utro ducuntur
 decipit Epicur
 mo ducitur a
 et uim probat
 natura a caus
 ctus dissentit
 strina ostens
 Postremo
 les monet cog
 aduertere, &
 aut admonit
 esse, iuxta d
 præcepta le
 bere inquire
 nature: &
 habent, qui h
 QVI
 S præ no
 & admo
 uincres que
 ul alij societ
 homines sola
 ex affectibus

IN ETHICA ARIST.

omnes homines ultro rapi ad uoluptatē, ex hoc esse
 et uita sunt argumentati. Ea actio finis est, ad quem
 ultro natura ducitur, ad uoluptatem autem omnes
 ultro ducuntur, ergo uoluptas finis est. Sunt autem
 decepti Epicurei in hac collatione. Nam & si ho-
 mo ducitur ad uoluptatem, ratio tamen reclamationem
 & improbat affectus. At disidij huius in hominis
 natura causam Philosophi non uiderunt, quorū affe-
 ctus dissentiant à ratione. Tantum Christiana do-
 ctrina ostendit.

Postremo hoc obseruandum est, quod Aristote-
 les monet cognitio præceptis facile esse causas animi
 aduertere, & si quis has aut non deprehendit ipse,
 aut admonitus non uidet, hunc ait nihili hominem
 esse, iuxta Hesiodi uersiculum. Quare hi qui morū
 præcepta legunt, sciant se causas præceptorum de-
 bere inquirere. Et ille ipse sunt, quas uocant Leges
 nature: & hi demum naturam hominis perspectā
 habent, qui has causas deprehenderunt.

QVID SIT FOELICITAS.

Supra nominauit finem bonorum foelicitatem,
 & admonuit de nomine cōuenire inter omnes:
 nunc res queritur, & in his erroribus humanis ali-
 ud alij foelicitatem esse iudicant, quia nō sequuntur
 homines solum iudicium rationis, sed magna pars
 ex affectibus iudicat, pessimis, ut inquit Plato, con-

COMMENTARIA

Tria uitæ genera. sultoribus. Sunt autem tria uitæ genera: uitæ uoluptaria, ciuilib, & studiosa. Qui sequuntur primum uitæ genus, iudicant uoluptatem finem esse honorū. Hanc sententiam ita confutat Aristoteles. Quū propria actio hominis finis sit, uoluptas non est finis, quia est communis cum pecudibus. In ciuili uitā pleriq; finem bonorum iudicant esse gloriam. Hanc opinionem ita confutat. Quum gloria adpetatur, ut uideamur uirtute præditi, sit, ut propter uirtutē adpetatur: fatemur igitur uirtutē præstare opinioni de ea. Item, existimatio de nobis posita est in iudicijs hominum, non in nobis: fœlicitas autem debet esse proprie nostra. Eo allusit & Horatius, significans uirtutem solidius bonum esse, quā gloriam.

Virtus repulsæ nescia sordidæ

Intaminatis fulget honoribus

Nec sumit aut ponit secures

Arbitrio popularis auræ.

Postremo docet, ne uirtutem quidem esse summū bonum, sed actionē uirtutis: quia uirtus nisi gignat actiones, inutilis est, actio igitur præstat. Hic tamē monendi sunt lectores, eos qui docuerunt in uirtute collocatam esse fœlicitatem, non esse de ociosa uirtute locutos, sicut & nos aliquoties supra, uirtutis nomine simul & actionem uirtutis comprehendere uoluimus. Hic quoq; ex Diæctica petendum est discrimen

mch

IN ETHICA ARIST.

men habitus & actionis: sicut enim palestricæ sci- Discrimē
entiam habent aliqui, tametsi nunquam exercent, habitus et
ita fingamus uirtutem in aliquo esse posse, etiā si nō actionis.
exerceat eam. Est autem habitus, qualitas collecta
ex multis actionibus: sicut enim corpora admota
igni calefiunt, sicut cæra tractata mollitur, sic ani-
mi in multis actionibus tanquam agitati concipiunt
quandam uim ad eas actiones efficiendas facilius.

DE VITA CONTEMPLATIVA.

Postremus locus est de uita studiosa, quæ est eo-
rum, qui abstinent ab administratione Rerum
publicarum abdiiti in studijs literarum, & in inquisi-
tione naturæ: de hoc genere copiose disputatur in
postremo libro. Neq; hic prætercundum est, quod
Theologi imitati hunc Aristotelis locum, fecerunt
duo uitæ genera, Actiuam, & Contemplatiuam: ea Actiua
de re multæ disputationes extant. Quare & nostrā uita.
sententiam breuiter adscribemus. Si contemplati- Contēpla-
uam uocarent uitam eorum, qui exercentur ad sciti tiua uita-
onibus, & experiuntur motus spirituales, recte iu-
dicarent contemplatiuam uitam Christianam esse,
& præstare actiue: atq; ita ueteres Theologi con-
templatiuum genus intelligi uoluerunt, iuxta hanc
Pauli sententiam. Qui spiritu dei aguntur, hi sunt fi-
lij Dei. Sed si intelligunt contemplatiuam uitā esse
eam, quæ in studijs agitur, ea magis philosophica,

quàm Christiana uita dici poterit, aut pars quaedam
 est aeternae uitae. Versantur enim in actionibus & la-
 boribus humanis, nempe in studijs. Christiana uero
 Christiana= cognitio, est diuinitus in adfectionibus exerceri, &
 na cogni- erudiri. Id fit etiam in medijs occupationibus Reipu-
 blicae, ut in Dauide cerni potest.

SCHOLIA CAPITIS V.
 DE IDEIS.

Hic locus de Ideis, de quo disputat in praesentia
 Aristoteles, extat in Philebo Platonis. Est au-
 tem Platonis sententia non admodum obscura, sed
 ab hominibus alienis à studio eloquentiae nõ satis in-
 tellecta. Nihil enim magis idonei sunt, praesertim
 ad Platonis philosophiam tractandam, qui non atti-
 gerunt eloquentiae studia, quã ad lyram a sinus. Neq;
 uerò necesse est hoc loco repetere omnium Neoteri-
 corum somnia de Ideis. Sunt qui arbitrantur hanc
 esse Platonis sententiam, in animis hominũ esse Ideas
 simul natas nobiscum, hoc est, notitias aliquarum re-
 rum, & in alijs Ideas esse aliarum rerum excitatio-
 nes, : sicut in Homeri mente Ideam quandam boni
 poematis. In mente Iosquini Ideam musices, per quã
 sentire ac iudicare poterat, qui soni essent suauissi-
 mi. Et ad hanc Ideam efficere optimam cantionem,
 tanquam ad exemplum. In Caio Cesare Ideam forti-
 tudinis, per quam ad fortitudinem commoueretur.

In Cice